

Wimmelband

U. q. 97.



1c
COLLEGII FEVDALIS
DISPUTATIO IIII.
DE INVESTITVRA,

Quam,

D. O. M. A.

SVB PRÆSIDIO CLARISSIMI ET CONSULTISS. VIRI, DN, THOMAE FRANTZII, I. C. & feudalis juris in illustri Academia Vitebergensi Professoris Publici, pro virili defendet,

ANDREAS REICHE, S. M.
XII. Calend. August. Hora & loco consuetis.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri.
Anno M. D. XCVI.

T H E S I S I.

Modus dandi feuda præcipuus est investitura:

HÆc ab investiendo alibi investitio dicta, (a) est feudi concessio, (b) Eaq; per se & effectus ratione, simplex & unica est. Adjuntorum ratione, propria: quæ est actualis possessionis concessio: vel abusiva: cum scipione, gladio, vel alio corporeo porrecto, dominus investituram facere se dicit: (c) Beneficij veteris aut novi: Scripto aut sine scripto facta. (d)

(a) Tropicè à vestiendo germanis eintleiden / Schard. in vocabulo investitura lib. 1. feud. tit. 26. vers. test. verò sint pares. c. un. tit. 28. feud. 1. Hattysf. analys. feud. c. 10. Diss. Hottom. in lex. in vocab. investitura. (b) Hattysferus d. l. c. un. si de invest. controvers. fuerit, c. 1. quid sit investitura. Duar. d. feud. c. 7. Borcholt. d. feud. c. 7. n. 5. Diss. Zas. d. feud. part. 5. n. 1. Laud. ad tit. quid sit investitura n. 2. (c) Franzius ad c. 7. d. foro competenti. Vult. d. feud. c. 7. n. 11. c. 1. quid sit invest. Laud. d. l. n. 3. Duar. d. l. Invest. tamen abusiva, si res oculis sit subjecta, possessionem tribuit: si minus, baculus vel aliud instrumentum traditum, erit pro feudi cessionis signo & argumento, arg. l. 1. §. si jusserim, quod meo §. si venditorem d. acquir. poss. And. d. 1. fern. ad d. tit. quid sit invest. n. 2. & Matth. d. Afflict. ibi n. 4. clarus in §. Feudum q. 36. n. 1. (d) c. un. per quos fiat invest. d. c. 1. quid sit invest. tit. 32. d. feud. 2. Hott. ad tit. 2. de feud. 2.

II.

Investire omnes possunt, qui feudum dare possunt, modo liberam rerum suarum administrationem habeant, etiam fœmina. (a) Minor autem non aliter, quàm si investitura de veteri sit beneficio, (b)

(a) c. 1. per quos fi. d. c. & tit. §. fœminam c. un. d. invest. vet. & novi benef. Cujat. ibid. & ad tit. per quos fiat invest. D. (b) tit. 91. d. feud. 2. d. c. 1. per quos fiat invest. Ratio evidens est, quod hujusmodi investitura nihil alienetur, sed tantum dominium, quod ante investituram in succedentem transit, confirmetur: adeoq; abusive investitura dicitur, l. cum heredes in pr. ff. d. acquir. poss. d. c. 1. per quos fiat invest. Laud. tit. 1. feud. 2. n. 20. Ferrar. Mont. lib. 3.

lib. 3, Feud. c. 2. fol. 63. Sic tutor & curator absente pupillo vel minore antiquum beneficium conferre possunt, per d. rationem & l. magis §. 2. & 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. Et omnium bonorum procurator l. procurator. ff. d. procuratorib. arg. tit. 85. d. feud. 2. Cujat. hic d. c. 1. § sed utrum per quos fiat invest. Ferrar. lib. 2. d. feud. cap. 1. fol. 34. B.

III.

Vt feudum plenius jure vasallus consequatur, num utraque investitura requiratur? Et duobus investitis, priore abusiva, posteriore propria, investitura, quinam potior habeatur: Tum num de feudo incertae personae valeat investitura? Controversi juris est. Nos utramvis investituram sufficere: (a) propria investitura investitum potiozem haberi: (b) De incertae personae feudo, investituram valere: (c) putamus.

(a) c. 1. in pr. d. consuet. rect. feud. c. 1. quid sit invest. & ibi Alvar. n. 2. Diss. Lauden. ad tit. 2. feud. 2. n. 12. & 13. Mozz. in cap. d. substant. feudi. Quae resolvit ex comment. Dn. Franz: d. c. 7. d. foro competent. (b) Iul. clar. in §. feudum. q. 36. n. 2. And: d. Ifern. in §. si facta tit. 25. d. feud. 2. & Matth: d. Afflict: ibi n. 4. Vves: cap. 8. n. 16. Dominus tamen cogitur prius investitio tradere aliud feudum ejusdem bonitatis c. un: d. invest. de re aliena fact: c. un: tit: 25. d. feud: 2. vel ejus estimationem, puta numeros d. c. un: tit: 25. Hartm: pist: q. 29. n. 3. nec interesse dando liberatur §. si facta tit: 26. d. feud: 2. Sisi dominus dixerit se alteri salvo jure primi poss. dare. Zas. part: 6. n. 13. Nihil enim interest verbis an facto poenitentiam dominus declaret l. in quibus 32. ff. d. ll. Hattys: in analys. feud: c. 9. in fin: Minsing. 4. cent. obs. 61. n. 5. & seqq: Diss: Zas: d. parts 6. de feud. n. 12. Secus si investitura tantum est promissa. Minsing: d. obs: n. 14. Laud: in d. §. si facta. Zas: d. part: & n. (c) c. un: qui succes. teneantur c. morib: tit: 26. d. feud: 2. c. un: de feudo dato in vic: leg: com: reprob: Rol: à Val le conf: 2. n. 44. Laud: ad tit: 27. de feud: 1. n. 8. Vbi tamen interest: quod laicus heres investituram à defuncto factam tenetur confirmare, d. c. un: qui succes: teneantur. Quod sit ratione succes: l. si ab eo 7. C. de liberali causa. l. ex qua persona 149. de R. I. Secus in clericis d. c. un: qui succes: ten: secundum distinct: in c. un: d. clerico qui invest: fecit, And: Gail: 2. obs: ult: Borch: de feud: cap: 7. n. 10. & seqq:

IIII.

Investituri debent, qui feudum vel successione vel novo jure habent, modo fidelitatem præstare parati sint. (a) Investitura verò fidelitatem præcedat. (b) Est autem fidelitas, hoc loco, jusiurandum, quod à vasallo præstatur domino. (c)

(a) c. 1. per quos fiat invest: in pr: & ibi § feminam in fin: Vult: c. 7. n. 19. & accipitur per procuratorem vel nuncium à vasallo missum, c. 1. § utrum. per quos fiat invest: c. 1. §. item investitura: d. notis feud: Borcb: cap: 7. n. 25. (b) c. un: quid præcedere debeat, c. un: in fin: d. nova forma fidel: Laud: ad c. un: §. nulla autem invest: per quos fiat invest: n. 14. Hott: de feud: cap: 26. in pr: Duar: c. 7. n. 9. (c) d. c. un: in fin: quid præcedere debeat. Præstatur fidelitas ab ipso vasallo, vel ejus procuratore. arg: c. un: § personam, per quos fiat. Tutore & curatore. Moz: de substant: feud: n. 16. Vult: c. 7. n. 34. Laicis & clericis c. nimis d. jurejur: arg: c. verum 7. de foro competenti, & ibi Cujac: nisi qui excusantur etate vel fati malignitate, ut infantes & pupilli, & qui his comparantur furiosi. c. un: §. si minori. Si de feudo def: cont: fuer: Potest hoc juramentum vasallo remitti, fidelitas, quæ forma feudi est, non potest. c. un: in fin: per quos fiat invest: vide thes: 5. disp: 1. c. un: § 1. quæ fuit prima causa ben.

V.

Fit investitura pure, in diem, vel sub conditione (a) facta vel jure possibili. ()

(a) c. un: qui success: ten: & ibi Laud: n. 4. Vult: c. 7. n. 44. (b) l. impossibilium 183 d. R. I. § conditiones l. d. v. o. l. ult. C. de pactis § impossibilis l. de inutilib: stipul: l. generaliter d. v. o. l. juris gentium §. 3. § 7. ff. de pactis l. 6. C. eod. Condicio autem in mortem vasalli concepta jure liceta est c. un: §. morib: si de feud: def: Vult: d. cap: n. 43. Gail: lib: 2. obs: 150 n. 2. & seqq: quæ conditionis spes ad investiti hæredes transit: d. c. un: qui success: ten: Laud: ibi n. 5. vide thes: 3. sub: lit. c. Valent hujusmodi conditiones de eo feudo, quod speratur rediturum ad dominum: non minus tamen firma erit investitura facta d. feudo ejus, qui vel jam liberos habet, vel post factam investituram suscepit, d. c. un: in fin: qui success: ten: d. § moribus. Pistor: q. 25. Vult: cap: 7. n. 49. & seqq: Quod si feudum ob vasalli delictum ad dominum redierit, condicio in mortem vasalli concepta, non impleta videtur, ideoq; nec investi-

investitura constabit, nec ad heredes investiti devolvetur. *Doctores in c. qui success: ter: & ad d. § morib: Pisl: d. q. 25. in fin: Diss: Vult: d. c. 7. n. 52.*

V I.

Petenda est investitura beneficii veteris intra annum & diem. (a) Novi beneficii investituræ petendæ, certum tempus definitum non est: tribus tamen vicibus ad fidelitatem præstandam citatus vasallus, si nolit feudo cadere, comparebit. (b)

(a) *c. un: §. fin: de prohib: feud: alienat: per Lothar: c. un: in pr: in fin: de prohib: feud: alienat: per Fridericum c. un: in pr: quæ fuit in prima causa beneficii amittendi, c. un: tit: 97. d. feud: 2. Hattys: in analys: feud: cap: 9. Cujat: de feud: lib: 1. cap: 21. Vesb: cap: 8. n. 3. Diss: Zas: part. 7. n. 1. Laud: ad tit: 22. de feud: 1. n. 1. & 12. Mozz: de substantia feudi, n. 46. Minsing: 4. obs: 9. n. 1.*
(b) *c. un: §. 1. quæ fuit prima causa benef: amit: & ibi Laud: & §. præterea, n. 4. de prohib: feudi alien: per Frideric: Ves: d. c. 8. n. 2. c. un: de milite vasallo Hattys: d. c. 9.*

V II.

Vasallus moritur intra tempus petendæ investituræ: num successori ejus integrum tempus denuò concedatur? (a) Et num minor in petendæ investituræ tempore lapsus restituatur? (b) quæritur. Vtrumq; putamus.

(2) *c. un: in pr: quæ fuit prima causa ben: am: Zas: part: 7. n. 76. Laud: ad tit: 22. de feud: 1. n. 18. Mins: d. obs: 9. n. 6. (b) arg: c. un: § si minori si de feudo des: contror: Vult: d. c. 7. n. 66. c. un: vers: præterea. de prohib: feud: al: per Fridericum, & ibi Laud: n. 2. Zas: d. part: 7. n. 8. Clarus in § feudum q. 49. n. 5.*

V III.

Intra prædicta tempora, si vasallus investituram non petierit, feudo cadit. Nisi justa negligentiae causa subsit: Vt si tempus fuerit prorogatum domini & vasalli consensu: (a) Absentia domini, (b) inimicitiae capitales inter dominum & Vasallum, justa vasalli absentia, (c) infantia, (a) & c.

(a) *Scrad: p. 6. c. 2. n. 18. Thom: de Marinis de generibus feud: tit: 2. n. 54. Ferrar: Montan: lib: 3. c. 6. vers: 6. (b) c. un: tit: 22. de feud: 1. Hottom: cons: 32. n. 13. arg: l. Maria in fin: ff. de annis legat: sive justa, sive injusta causa sit, Vult: d. c. 7. n. 74.*

A 3

(c) d. c.

(c) d. c. un: tit: 22. de feud: 1. Vult: d. c. n. 75. & seqq: Laud: ad d. c. un: (d) d. c. un: Et excusat à petitione investitura usq; ad annum 14. c. un: vers: præterea. de prob: feud: alien: per Frid: Et ibi Laud: n. 4. Hottom: d. conf: n. 4. Clarus in §. feudum q. 49. n. 4.

V III I.

Perficitur investitura feudi novi & secularis coram paribus curiæ: (a) Antiqui feudi etiam coram extraneis, (b) Ecclesiastici investitura coram paribus, vel extraneis conferri potest.

(a) c. un: quid sit invest: c. 1. §. fin: de feudo Guardie c. un: qui success: feud: dar: ten: Duar: c. 7. n. 3. Et sufficiunt duo testes c. un: §. si quis, si de invest. inter dominum & vasallum c. un: §. quod autem. de notis feudorum Vult: d. c. 7. n. 22. Zas: p. 6. n. 3. Diss: Hottom: ad c. 1. quid sit invest: Cujac: ibidem. Alijs præsentibus testibus non paribus, investitura nulla est d. c. un: quid sit invest: Wesenb: c. 8. n. 14. quod si pares investitionis tempore non adfuerint; admittuntur extranei, c. un: in pr: si de invest: inter dominum. Et ibi Cujac: & lib: 4. de feu: tit: 36. Diss: Laud: in d. c. un: si de invest: inter dominum n. 11. Si omnino dominus pares non habet, sufficit extraneos adhibuisse. c. un: quid sit invest. c. un: §. quod autem, de consuet: recti feudi, c. un: §. quod aut: d. not: feud: Hattys: in analys: feud: d. c. 9. (b) c. un: vers: d. veteri. qui testes sint neces: ad nov: feud: Borch: de feud: c. 7. n. 27. (c) c. un: vers: in clericorum, si de invest: inter dominum & vasallum, ubi Hott: Vult: d. c. 7. n. 28. Secus si clericus investiat de feudo non ecclesiastico, c. un: qui testes sint neces: In secularibus enim laicis clerici equiparantur, argumento c. un: de clerico qui invest: fecit Borch: d. c. 7. n. 28.

X.

Atque hoc modo sine scriptis conficitur investitura: In scriptis fit per instrumentum publicum, (a) sed num necessario requiratur, ut omnis investitura scriptis comprehendatur? quæstionis est. (b) Negantium melior quàm affirmantium est ratio.

(a) c. un: vers: si autem invest: quid sit invest: c. un: in fin: si de feudo Vasallus ab alio interpel. Sed & testium subscriptio necessaria est, parium scilicet curiæ, si sunt, c. 1. qui test: sint necess. ad prob: invest: c. un: quid sit invest. Si abfuerint aut non sunt, sufficit instrumen-

strumentum publicum, d. c. un: vers: si autem investitura c. un:
vers: sed si dominus, si de feud: vasa: ab al: interpel: Vult: d. c. 7.
n. 42. Quin & domui sigillum impressum sufficit, c. inter dilectos
d. fide instrumentorum, Laud: ad tit: si d. invest: feud: controv. n.
19. & seqq: (b) d. c. un: qui testes sint necess: d. c. un: vers: sed si
dominus, VVesb: cap: 8. n. 31. Adhibetur enim tantum ob futuram
rei memoriam, ut & in alijs contractibus l. pactum 17. C. de pactis.
Hott: de feud: cap: 25. in fin.

XI.

Emergente igitur inter dominum & vasallum controver-
sia, prædictis modis, aut testibus aut instrumento probari inve-
stitura poterit.

Dictis textib: Laud: ad tit: 4. de feud: 1. n. 13. 14. & seqq: Paris de
puteo de redintegrat: Feud: cap: 224. Borch: d. cap: 7. n. 46.

XII.

Renovatio investituræ toties necessaria est, quoties domini
vel vasalli persona mutatur,

c. un: in pr: per quos fiat invest: c. un: qui testes sunt necess: c. 1.
que fuit prima causa benefi. am. Clarus d. §. feudum q. 49. n. 1
Hott: de feud: c. 27. Si verò plures vasalli heredes sint, omnib. de-
betur investitura, c. un: §. omnes filij. si de feud: def. controv: fuer:
Zas: p. 7. n. 10. VVesb: c. 8. n. 20. Vult: c. 7. n. 9. Possunt tamen
plures vasalli heredes unum eligere, qui omnium nomine investitu-
ram petat, & fidelitatem præstet, Zas: & VVesenb: dd. locis c: un:
tit: 77. d. feud: 2. Clarus d. §. feudum q. 49. n. 11.

XIII.

Investiturâ hoc modo ritè perfectâ, debetur domino fideli-
tas: vasallo rei beneficiatæ ususfructus. (a) Nanciscitur namque
possessionem, tam per propriam quam abusivam investituram.
(b) Unde rem à quolibet possidente, etiam directo domino vin-
dicare potest. Alium à quo convenitur exceptione summovebit.
(c) Alijsq; modis licitis re utetur. (d)

(a) c. un: in fin: de nov: form: fid: c. un: §. feminam per quos fiat
invest: tot: tit: qualiter jurare deb: vasallus, & de forma fidel: c.
un: §. hujus autem generis. In quibus causis feud: amit: & ibi
Hott: d. c. un: de nov: form: fid: (b) c. un: in pr: quid sit invest:
c. un: §. si facta. si de feud: def: controv: & per l. is qui actionem
15. de R. 1. (c) c. un: tit: 43. de feud: 2. c. un: §. si verò vasallus
de

de mil: vas: qui contumax d. c. un: tit: 43. Nam cui datur alio
ei etiam conceditur exceptio l. invitus 156. de R. I. Laud: ad tit: in
quibus causis feud: am: no. 10. Vvesenb: c. 9. n. 4. Zas: p. 6. n. 37.
(d) deducit enim meliorationes c. un: §. si vasallus. Hic finiur
lex. Potest feudum dividere §. firmiter. vers: praterea. de prohib:
feud: al: per Frid. Locare 2c. c. un: §. donare. Qualiter olim pot: feu:
al. Subinfeudare, certis tamen ll. c. un: §. 1. per quos fiat invest:
§. similiter d. l. Conradi c. un: de feud: non. hab: prop: feud: na:
turam, c. un: in pr: vers: callidis d. prohib: feud: al: per Frid: Hat:
tys: in Analys: 10. c. Reliqua vide late apud Duar: c. 12. Clarus
§. feudum q. 39.

FINIS.



155054

AB 155054


ULB Halle
004 829 352

3



VD 17






155





100

LLEGII FEVDALIS
DISPUTATIO IIII.
INVESTITVRA,
Quam,
D. O. M. A.
PRÆSIDIO CLARISSIMI
CONSULTISS. VIRI, DN, THOMAE
ZII, I. C. & feudalis juris in illustri Aca-
Vitebergensi Professoris Publici, pro
virili defendet,
DREAS REICHE, S. M.
Calend. August. Hora & loco consuetis.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri.
Anno M. D. XCVI.